

DE IVRE
ASYLORVM,

LIBER SINGVLARIS

PETRI SARPI

I. C.



En Diego de Victoria Lovado

LVGDVNÎ BATAVORVM,
Ex Officinâ ELZEVIRIANA.

ANNO clō lōc xxii.



AVGERIVS FRIKEL-
BURGIVS. I. C.

GERARDO MALDECHEMIO,

S. D.



*Incidit nuper in manus
meas Italicuiusdam tra-
ctatus De Iure Asylo-
rum, quo cuncta, quae hac
de re in mentem venire
possunt, non perpendun-
tur & examinantur modo; sed & definiun-
tur ex legum praescripto; clara profecto docta-
que & perfacili methodo. Opera me pretium
facturum existimaui, si, utcunque possem,
Latine facerem, quae magnus vir Italice con-
scripsit: tum ut elegantissimum opus, ab ijs et-
iam, qui Italice nesciunt, legi & intelligi pos-
sit; tum etiam, ut tu ipse, mi Gerarde, tuique.*

INSTITVTVM OPERIS

E T S V M M A.



Criptorum in Iurisprudencia gre-
ges atque dissidia, adeo rem quam-
libet facilem & expeditam ob-
ruunt & abscondunt, ut per mihi
mirum videri non possit, si Eccle-

siarum, quam vocant, immunitas, tot Pontifi-
cum decretis statutisque legibus clara, Docto-
rum aduersis opinionibus atque sententijs mi-
rum quantum distracta ac dilaniata, vix speciem
referat sui; sitque sapius in causa, ut inter Eccle-
siasticos & Laicos Magistratus, multa & mag-
nae, immo vero inexplicabiles, contentiones o-
riantur. Quam ob rem frequenter in mentem
venit, quam recte, & ex vsu publico faceret is,
qui rem tanti ponderis ac momenti, disputatio-
nibus, quæ veritatem huc illuc trahere solent,
omissis; sine spe & ambitione, grauitate & accu-
rate tractaret. Sed quo magis id optabam fieri,
eo quoque impensius a scriptione abhorrebat a-
nimus. Modo vero cum tuas accepi litteras,